

Comment réaliser votre livre

Bonjours à tous, chers érudits !

Voici un petit guide avec un exemple d'un livre afin que vous puissiez visualiser comment créer vos ouvrages de référence. Ceci permet donc l'usage time-in de vos livres time-in.

Tout d'abord, merci d'utiliser cette police : Monotype Corsiva, c'est celle que nous utilisons pour tous nos documents.

Il vous faut une première de couverture (choisissez de préférence une belle reliure en cuir), sur la deuxième de couverture, il vous est demandé de compléter les différentes informations relatives à l'ouvrage, trouvez ensuite 2 jolies pages (recto et verso à chaque fois) et la quatrième de couverture.

Les pages sélectionnées pour réaliser votre livre ne doivent bien évidemment pas parler du thème exact de votre livre. Il doit juste donner l'illusion que vous feuillotez un livre et justifier le temps que vous passez à faire votre recherche. Par ailleurs, il vous sera donné une énigme afin de simuler le temps de recherche.

Il est tout à fait possible et même encouragé de se prêter des livres entre érudits. Tout dépendra donc de vos relations, ententes et rôle play.

Voici le lien d'un site où vous pouvez retrouver la caverne d'Ali Baba des livres anciens. À vous de faire votre recherche selon le thème souhaité : médecine, architecture, religion, mathématique et que sais-je encore... Pour le Haut Valyrien, c'est le latin qui sera choisi.


<http://gallica.bnf.fr/accueil/?mode=desktop>

Pinterest offre aussi pas mal de ressources.

Pour rogner les pages convenablement, je vous conseille Paint qui est très simple d'utilisation. Pour relier votre livre, du fil et une aiguille suffisent.

Je suis disponible pour vous aider : Caty Pie sur facebook, cpaillet83@gmail.com pour le mail. N'hésitez pas. Et contactez-nous plutôt que de risquer de ne rien amener.

Bonne création !



Auteur : Le Grand Mestre Munkun

Date : 168

Titre : Continens Liber

Sujet : Grande encyclopédie médicale

Langue : Haut valyrien

Complexité : Moyenne

Résumé : Contient des articles sur les maladies, les thérapies, la pharmacologie, mais également les carnets de notes de Mestre Munkun sur ses lectures et ses observations cliniques.

DE MORBORVM DIFFER.

CAPVT III.



Compositio autem & conformatio in corporibus animantium triplex est. Prima quidem earum partium quæ similes appellantur, arteriarum, venarum, nervorum, ossium, cartilaginum, ligamentorum, membranarum, & carnum. Secunda verò instrumentalium, cerebri, cordis, pulmonis, iecoris, ventriculi, lienis, oculorum, & renum. Tertia autem totius corporis. Singula enim harum partium instrumentalium, ex aliis quibusdam, quæ sensus iudicio simplices videntur, constitutæ sunt. Singula verò illarum ex primis constant elementis. Carnis igitur, quatenus caro est, in compositione tantum primorum elementorum differentia est. At quatenus menti alicuius pars est, in formatione & magnitudine. Nam & ipsorum instrumentorum in iisdem sunt differentia.

COMMENTAR.

Triplex humani corporis est compositio.
Prima.

Similes partes.

Simplices partes

Obiectio.

Responsio.

Dux partium similium differentia.

Venæ & arteriæ quæ ratione sunt similes partes.

Vt variam à symmetria & legitima cōmoderatione declinationem, ac quot sint prima morborum genera Galenus commodius ostendere possit, prius in hoc capite, triplicem humani corporis esse compositionem tradit. Prima quidem compositio, est partium similium nominatarum: hoc est, corpus humanum prima ratione ex partibus similibus appellatis, nempe arteriis, venis, nervis, ossibus, cartilaginibus, ligamentis, membranis, & carnibus componitur. Similes autem, seu græcè *ἁμοιωμενῆς*, id est, vnius rationis, dictæ sunt, quòd scilicet, in partes alterius naturæ ac rationis diuidi nequeant. Harum nanque vna est natura & ratio, ideo alio nomine simplices vocantur, ut certè sunt, quum nullam in se diuersitatem rationis admittant: quòd quæcumque singularum harum sumpseris partem, hæc toti, & naturæ, & ratione communicat. Quælibet enim pars nerui, neruus est, & quælibet pars ossis, os. Atqui hîc fortasse aliquis imperitior, aut calumniandi studio flagrans, statim sibi ex diametro pugnare clamabit Galenum, ut qui hoc in loco arterias & venas inter partes similes numeret, capite autem secundo libri de inæquali intemperie, easdem à similium censu submoueat. Idque ex eius verbis, quæ sic habent, luculenter admodum demonstrare perget. Digitorum verò, inquit, particulae sunt ossa, cartilagine, ligamentum, arteria, vena, membrana, caro, tendo, vnguis, cutis, adeps. Has autem diuisisse in aliam speciem non est, sed sunt similes ac primæ, exceptis tamen venis & arteriis: hæc nanque ex fibris & membranis sunt conditæ. Hæc ille. Ad hanc verò commodè diluendam obiectionem animaduertendū, duas esse partium similium differentias. Aliæ enim sunt, quarum vniuersæ particulae, eiusdem inuicem speciei sunt. Et hæc quidem reuera sunt primæ & similes, id est, ut ad vniuersas suas partes. Neque enim in partes alterius naturæ, & rationis specieiue diuidi possunt, neque aliæ iis sunt priores. De quibus certè locutus est lib. 1. de elementis, in eum scribens modum. Homo, inquit, ex primis & simplicibus, sensilibus elementis, similibus nominatis, constat, fibris, membranis, carne, adipe, osse, cartilagine, ligamento, nervis, medulla, & aliis vniuersis, quarum vniuersæ particulae eiusdem inuicem speciei sunt. Aliæ partes similes, & simplices sunt, sensus duntaxat iudicio, non naturæ. Atque hinc est quòd in libro de optim. constitution. corporis humani, partes similes ita definierit Galenus: Similes, ait, partes vocantur, quæ sensu simplices sunt: hoc est, sunt partes, quas sensus, etsi reuera compositæ sunt, iudicat esse simplices. Hac quidem ratione venæ & arteriæ etiam partes similes dici possunt. Quam enim reuera, id est, ut ad vniuersas scilicet suas partes, similes non sunt: siquidem ex fibris & membranis, quæ diuersæ sunt naturæ & speciei, constent, adeoque compositæ sint, tamen sensus iudicio, simplices, & similes existunt. Non sunt igitur venæ &

& arteriæ prima quidem ratione, hoc est, ut ad vniuersas suas partes, similes & simplices. Altera verò ratione, id est, sensus iudicio, & ad se totas, similes & simplices existunt. Omnes enim venæ & arteriæ partes, toti venæ & arteriæ, sibi quæque mutuo similes sunt. Ut hinc manifestum sit, non vno simpliciter modo, vbi quæ de similaribus loquutum esse Galenum. Hoc enim loco, vbi venas & arterias inter similes recenset partes, ad sensus magis iudicium, quàm rei naturam respexit. Quod & ipsum in sequentibus fecisse constat, vbi inter cætera ita scriptum reliquit. Singulæ porro instrumentales partes ex aliis, quæ sensus iudicio simplicia videntur, constitutæ sunt. In libello autem de inæquali intemperie, vbi è numero similarium partium venas & arterias excludit, ad rei potiùs naturam respexit. Si enim propiùs, & altiori indagine, venarum & arteriarum naturam perquiras, nec sensus iudicio contentus sis, ex dissimilaribus, fibris nimirum, & membranis, coalitas esse, ut comprehensum est, deprehendes. Quocirca partes similes, rectissimè Aristoteles lib. 1. de histo. animan. cap. 1. ita definiuit. Similes partes sunt, quæ in similes sibi partes diuiduntur. Hæc enim finitio, vtriusque differentiæ similarium partes complectitur. Alij contra, minùs rectè in eum definiunt modum. Similes sunt, quarum omnes partes eiusdem inuicem speciei sunt. Quippe hæc definitio alteram tantum, primam nimirum, similarium differentiam, & eas duntaxat quæ verè similes sunt, comprehendit. Secunda corporis humani compositio, est instrumentaliū, id est, earum partium quæ ex similaribus constant, ideo quæ compositæ, alio dicuntur nomine, & dissimiles, iecoris, verbi gratia, ventriculi, renum, & aliarum quæ à Galeno recensentur. Tertia, est totius corporis, quod ex similaribus, & instrumentalibus constat. Cæterum singulæ partes instrumentales, ex aliis, quæ sensus iudicio simplices esse videntur, constitutæ sunt, ut, verbi gratia, caput, ex ossibus, membranis, venis, arteriis, nervis, carne & id genus aliis. Singulæ autem rursus similes ex primis elementis, calido, frigido, humido, & sicco: siue igne, aqua, aëre, & terra constant, ut copiosius libro primo de elementis, Galenus tradit. Carnis igitur quatenus caro est, id est, quatenus pars est similis, in compositione tantum primorum elementorum, differentia est: Hoc est, caro quatenus est pars similis, ex quatuor elementorum commixtione, suæ compositionis differentias obtinet. Nam pro diuersa calidi, frigidi, humidi, & sicci commixtione accedit, ut caro alia mollior, alia durior sit: nervosior aliqua, & plusculum coacta, alia rarior & laxior. Hinc alia est caro musculorum, alia pulmonis, alia cordis, alia iecoris, alia renum, alia lienis, quæ certè viscerum caro, Erasistrato peculiari nomine *παρέγχυμα*, ut capite ultimo lib. 10. ther. metho. Galenus testis est, vocata est. At quatenus caro instrumenti alicuius pars est, in formatione & magnitudine differentiam habet. Aliam enim formam & magnitudinem, in partibus iis quibus accedit, creat. Nam & ipsorum instrumentorum in iisdem, magnitudine nimirum & formatione, sunt differentia. Hoc enim instrumentum hanc, illud verò aliam formam & magnitudinem obtinet, quod anatomes ratio pulchrè docet. Per instrumentum autem hic partem intellige dissimilem, & reuera, non tantum iudicio sensus, compositam. Neque sanè mirum si per *ὄργανον* seu instrumentum simpliciter, partes duntaxat compositas intelligat. Plures enim partes sunt compositæ quibus instrumenti definitio conuenit, id est, quæ perfectam edere actionem possunt, quàm simplices. Vox autem indefinitè posita, pro significato communiore accipitur.

Galenus nō vno simpliciter modo, vbi quæ de similaribus loquutus est.

Similarium partium definitio.

Altera compositio.

Tertia.

Carnis differentia vnde.

παρέγχυμα.

CAPVT IIII.



Bi itaque quot numero, & quales sint, iudicio prioris sectæ, omnes similarium partium morbi, dixerimus, deinceps ad alteram progrediemur, quæ totam substantiam per totam alterari & transmutari

DE MORBORVM DIFFEREN.

Similarium partium morbi prioris secta. statuit. Sunt autem duo prima vitia, vnum quidem latitudo meatuum, alterum verò angustia. Nam si prima elementa statuuntur impatibilia, in sola compositione vitia erunt. Omnis autem compositionis differentia iam dicta sunt. Quare necesse est quamlibet similarium partium rectè valere, vbi suorum meatuum moderatio seruata est. Hæc verò corrupta, à naturali habitu deflecti. Verum quoniã omnis moderatio bifariam corrumpitur, nempe excessu, & defectu: liquet quòd primi simplicium corporum morbi duplices erunt. hic quidem latitudo meatuum, ille verò angustia. Igitur & os, & carnem, & singula, alia sensus iudicio, simplicia corpora, si iusto densiora, vel rariora fuerint, malè esse affecta pronunciabimus. Si verò in vtriusq; excessus medio fuerint, quatenus vsibus ipsorum maxime confert, tunc summè sana esse dicemus. Exiguas autem vtriq; ab exquisita moderatione, declinationes, nondum esse morbos, donec sensilem alicuius actionis noxam inferant, censebimus. Plurima verò in iis maioris minorisque ratio est, ita vt morbose immoderatio, magno intervallo ab exquisita sana moderatione distet. Atq; in hac tota latitudine, sanorum consistunt differentia. In ea autem quæ ab hoc sequitur, nempe sensibili immoderatione, morbi: donec ad eam immoderationem perueniant, quæ iam particula corruptionem afferat. Neque enim animalium corpora quomodolibet constringi & laxari solent, sed est in hac re quidam terminus, ultra quem, citra dissolutionem ac corruptionem progredi nequeunt. Atque ita se habet elementorum, quæ nihil patiuntur, hypothesis.

COMMENTARIVS.

Quot genera morborum, ex prioris hypothesi. Principio huius capitis, Galenus argumentum totius futuræ tractationis subiicit. Quippe se demonstraturum, quot numero, & quales sint omnes similarium partium morbi, de vtriusque sectæ, eius nimirum, quæ impatibilia, & eius, quæ alterabilia esse corporis humani elementa statuit, sententia pollicetur. Dein exorsus ab ea secta, quæ ex atomis & incompactis corpusculis ac meatibus hominis compositionem esse affirmat, duo, de illius iudicio, esse morborum genera docet, vnum quidem latitudinem meatuum, alterum autem eorundem angustiam. Nam si in horum moderatione, vt eius sectæ autores faciunt, sanitatem reponas, vt iis vel iusto plus patentibus & reſeratis, vel occasione aliqua supra iustum modum stipatis & constrictis, hominem iam ægrotare dicas, necesse est. Non erunt itaque, de illorum sententia qui impatibilia elementa statuunt, vlla, nisi in sola compositione, vt secundo huius libri capite monstrauimus, vitia. *Compositio bifariam fit vitiosa.* Bifariam autem vitiosam fieri compositionem contingit, primum vbi meatus sunt patentiores & laxiores, dein quando angustiores ac magis constricti, nõ erunt igitur nisi duo, de illius sectæ iudicio, morborum genera, nempe latitudo meatuum, & eorundem angustia. Atque hoc est quod Galenus iis verbis innuere voluit. Omnis autem compositionis differentia iam dicta sunt. Vel enim compositio ex plus iusto patentibus, vel angustioribus quàm conueniat meatibus constet, non erunt igitur huius, nisi duæ differentia, latitudo nimirum & angustia. Id quod Galenus in contextu fusiùs iis demonstrat verbis. Quare, inquit, necesse est quamlibet similarium partium rectè valere, vbi suorum meatuum symmetria seruata est. Contrà vbi hæc ipsa corrumpitur, à naturali habitu, adeoque meatuum moderatione deflecti oportet. Verum quum omnis moderatio bifariam corrumpatur nempe excessu, & defectu, liquet quòd primi simplicium

simplicium corporum morbi duplices erunt, vnus, latitudo, siue excessus meatuum, alter verò, angustia, seu defectus. Atque hîc monendus nobis lector erit, in græco Aldino codice malè scriptū esse *διαφορά* pro *διαφύρα*. Quæ lectio Copo fuit occasio, vt hîc locum perperam ita redderet. Symmetria duabus discriminatur differentiis. Neque enim excessus & defectus symmetriæ seu moderationis, sed eius potiùs contrarij, puta, immoderationis, sunt differentiæ. Quippe neutrum horum duorū, moderatio, sed immoderatio existit. Igitur & os, & carnem, & singula alia, quæ sensus iudicio simplicia sunt corpora, si iusto densiora vel rariora fuerint, malè esse affecta pronuntiabimus. Atque ea quæ sunt rariora, latitudine meatuum: quæ verò densiora sunt, angustia eorundem laborare dicemus. Propter venas autè & arterias, quas paulò antè inter similes partes recensuit, dixit: quæ sensus iudicio simplices sunt. Si verò in vtriusque excessus, nempe latitudinis & angustiae meatuum, medio fuerint, quatenus vsibus ipsorū maximè confert, tunc summè sana esse dicemus. Quibus vtiq; verbis, Galenus duplicè esse sanitatē, siue moderationē, symmetriamve & eucrasiam innuit. Vnā quam lib. 1. de tuen. sani. cap. 3. summā, exactā, absolutā, & optimā simpliciter, hoc est, citra vllam adiectionē appellat. Atq; ea quidem fuerit, in qua elementorum, contrariūmve paritas, adeoque in vtroque excessu mediocritas existit. Hac qui præditus est, Galeno lib. 1. de tempe. cap. 6. temperatus simpliciter: & lib. 1. de tuen. sani. cap. 5. optimè temperatus vocatur, ideòq; cum summè bono habitu coincidit, ac cogitatione potiùs vsurpatur, quàm solidè subsistit. Præterea Galeno lib. 1. de tuen. sani. cap. 4. teste insectilis est, & latitudine destituitur. Alteram deficientem nominant, eam scilicet quæ à prioris abso-
lutione perfectionē paululūm declinat ac deficit, nō tamen eatenus, vt animali gra-
uis sit. Atq; hæc magnam latitudinem, ac diuersitatem obtinet. Est enim quædam in-
tensa, absoluta, & optima, vitioq; quò ad functiones, carens. Hæc enim, etsi ab exacta &
summa sanitate parum declinat, nulli tamē vitio, quod saltem sensu percipiatur, ob-
noxia est, sed perfectissimè functiones edit, quòd in hac ipsa scilicet, ea sit vtriusque
excessus mediocritas, quæ vsibus seu functionibus partium maximè cōfert. Quod di-
ximus, Galenus lib. 1. de tuen. sani. cap. 5. iis confirmat verbis. In quibus, inquit, ab eo
quod absolutissimè temperatum est diuersas quædam existit, minor tamē quàm quæ
sensu discerni queat, hæc certè quòd ad vsum pertinet, pro absolutissimis accipimus,
mediique sunt temperamenti, nec vlli vitio obnoxia, quod saltem sensu percipiatur.
Atq; hinc est quod lib. 1. de tempe. cap. 6. ita etiā scriptum reliquerit. Optimè verò se
habere aliquid p sua natura ex ipsis functionibus intelligitur. Quippe animal ac stir-
pem quamlibet, tum optimè se habere dicimus, quum optimè suā functionem obeūt.
Ficum, dum optim os plurimosque ficus affert. Equum, quum velocissimè currit. Hæc
ille. Quapropter etsi reuera hac præditus sanitate, est intemperatus, tamen quia sensus iu-
dicio hæc intemperies haud percipitur, temperatus, nō quidem simpliciter, sed in sin-
gulis generibus Galeno loco iam citato, quòd scilicet cuius naturæ stirpis, aut animā-
tis cōueniat: nominatur. Quod luculenter etiā demōstrant quæ idē lib. 2. de tēpe. cap.
1. in eū scribit modū. Cuius rei gratia, inquit, omniū mediū ad vnguem redditū: vt est in
quo cōtrariorum paritas existit, temperatū & moderatum dicitur. Reliqua quæ in sin-
gulis generibus tēperata appellantur, propriis corporū functionibus vsibusq; iudican-
tur. Cæterū hæc sanitas quæ vsuum ac functionū respectu, absoluta dicitur, cū simpli-
citer bono habitu, & optima corporis cōstitutione coincidit. Præterea est quædā sani-
tas remissa, quæ Galeno *δυσκρατος, μεμπτή, καὶ φαύλη*. hoc est, intemperata, vitio expo-
sita, & deprauata dicitur: idq; bifariā, minus scilicet ac magis. Minus, est ea in qua ali-
quis sibi nondū displicet. Hac præditos suprā, capite nimirū tertio, sanos, non tamē bo-
ni habitus, nominauit. Magis remissa, est in qua aliquis sibi displicet, & parū firma præ-
ditus est valetudine. Ideò illa affectos, loco iam monstrato, *δυσάρεστον* vocauit. Magis
Atque hæc quidem quæ diximus hoc schemate complexi sumus.

Codex Galeni
græcus emacu-
latus.
Copi erratum.

Duplex sanitas
siue moderatio.
Summa, exacta,
absoluta, & opti-
ma simpliciter.

Deficiens.

Intensa.

Temperatus in
singulis generi-
bus.

Remissa.
Intemperata.
Deprauata.
Minus.

Magis.

